

DIE XIV. FEBRUARII.

B. NICOLAI PALEA CONF. ORD. PRÆD.

DUPLEX.

Oratio.

SPIRITUM nobis beāti Nicolái Confessóris tui Deus be-
nignus infúnde : ut, sicut illum in prædicatióne verbi
tui, ac in procuránda proximórum salúte, singulári grátia
decorásti & ipsíus précibus fácias nos in eádem vocatióne
sancta firmiter permanére : Per.

DIE XV. FEBRUARII.

B. JORDANI SAXONIS CONF. ORD. PRÆD.

DUPLEX.

Oratio.

DEUS, qui salútis animárum zelo, et ampliándæ religió-
nis grátia beátum Jordánum mirábilem effecisti : ejus
intercedéntibus méritis, fac nos in eódem semper spíritu
vívère & ac repósitam in cælis glóriam inveníre : Per.

DIE XVI. FEBRUARII.

B. GREGORII PAPÆ DECIMI CONFESSORIS.

DUPLEX.

Oratio.

DEUS, qui Ecclésiám tuam beāti Gregórii Confessóris
atque Pontíficis religiónis zelo et apostólicis curis
amplificásti & ejus méritis et intercessióne concéde ut fidei
et sanctitátis nova semper incrementa suscipiat : Per.

DIE XVII. FEBRUARII.

SS. VII CONFESSORUM ORDINIS SERVORUM B. M. V.
FUNDATORUM.

DUPLEX.

Omnia de Communi unius Confessoris, præter hic
notanda.

AD I. VESPERAS.

Super Ps. 

Ant. 

j. toni. 

ISTI sunt, qui contempsé-runt vi-tam